

D. D.  
**OBSERVATIONES**  
IN  
**MATERIAM**  
**MEDICAM.**

(171)

Quas  
*Consens. Nob. atque Experient. Facult. Med. Upsal.*

PRÆSIDE  
VIRO NOBILISSIMO AC GENEROSO,  
**D. D. CAROLO à LINNE,**

S. R. M. ARCHIATR. EQ. AUR. DE STELLA POL. MED. ET BOTAN. PROF.

R. O. ACAD. PAR. PETROP. IMP. N. C. HOLM. UPS. LOND. ANGL.

FLOR. BEROL. MONSP. TOLOS. BERN. EDINB. NIDROS.

CELL. PHILADELPH. ZELAND. MEMB.

*Pro Honoribus Doctoris Medici Adipiscendis*

In Audit. Carol. Maj. d. 5. Junii 1772.

*H. A. & P. M. S.*

Publice Censuræ Submittit.

**JOHANNES LINDWALL,**

Stipendiarius Kåhreanus,

*Syolandus.*

---

UPPSALIÆ,  
Typis EDMANNIANIS.

CHIARAVALLA  
MATERIALE  
MENTE

CHIARAVALLA  
MATERIALE  
MENTE

CHIARAVALLA  
MATERIALE  
MENTE

\* \* \*

**M**EDICINÆ duo præcipua objecta sunt, Morbi & Medicamenta. In morbos adcuratius cognoscendos Medici non tantum prisci, sed etiam recentioris ævi singulari studio incubuerunt, & cuncta, quæ PATHOLOGIÆ illustrandæ inservire potuerint, conquisiverunt subsidia; unde ANATOMIA, cui PHYSIOLOGIA innititur, ad summum fere fastigium est elevata. SEMIOLGIAM etiam exactiori opera Observatores peruestigaverunt; unde concinna atque elegantissima jam ostentare possunt systemata.

Historia autem Medicamentorum nimium fuit negligēta. Officinalis nostra fere eadem sunt, quæ tempore DIO-SCORIDIS erant in usu. Media ætas his fuit contenta, præter nonnulla, quæ a Nationibus Barbaris colligere subinde potuerunt. Nostris primum temporibus illa lūculentius pertrañtari coepit; pluñimumque huic lucis addiderunt GEN. DOM. PRÆSES & DOM. GEOFFROY. Quædam autem adhuc restant Medicamenta, e Regno Vegetabili deponita, de quibus ad hodiernum usque diem, ex quanam desumantur herba, ignoratur. Inimo recentissimis nostris temporibus varia introducta sunt, quæ mirum præstítisse effeñum peritissimi in India observarunt Botanici, sed quæ Medici recentiores alto, uti dicitur, supercilio prætermiserunt. Multa etjam novis experimentis jam sunt adsumta, postquam communem Medicinam vicit errorem, res nempe venenatas \*) Medicis fugendas; cum ex his præstantissima Medicamenta desumantur. Tam multa simplicia officinalia latuisse Medicos in nostra usque tempora, indicat eorum segnitiem in inquiringendo horum Matrices, quasi minus necessarias; cum tamen Ordinem Naturalem eorum cognoscere summopere sit necessarium. Hinc factum est, ut nemo vires Corticis

CHINÆ acurate intelligeret, antequam ad *Confortas* eum pertinere constitit; Nec vires OPOBALSAMI, priusquam illud ad AMYRIDES tuto referri potuit. Hæc vero neglectui forte Botanices debentur, siquidem hanc Medici sibi minus necessariam duxerunt, qualis etiam præterlapsis seculis haberi potuit, quippe nondum in formam artis redacta.

Quo itaque pars salutaris scientiæ in Medicamentis tractandis occupata evadat tutior, rno Officinalia, quæ in publicis GEN. DOM. PRÆSIDIS in Materiam Medicam prælectionibus, ob singularem quampiam efficaciam fuere notata, in præsenti hac dissertatiuncula b. c. D. recensere, & Nominibus G. D. PRÆSIDIS Genericis ac Trivialibus determinare constitui: perinde atque alii Medici, ante hac in Anglia, jamque Wiennæ fecerunt. Ubi enim ejusmodi adlunt Nomina ad adcuratiorem tum Herbarum, tum Synonymorum apud Auctores, tum cuiusque Plantæ cognitionem nos perducunt. 2:o Incognita & dubia, quorum notitiam magna sectari cura Medici debent, ut usum eorundem adcuratius, quam huc usque, dijudicare queant. Iisdem vero insigniuntur Numeris, quibus in Materia Medica GEN. D. PRÆSIDIS sunt notata.

\*) vide G. D. Præsid. *Mit. Med. Canon.* 16. & 17.

### §. I.

**C**OLLINSONIA canadensis. *Incolæ Americæ septentrionalis per infusum radicis Colicam puerarum competunt.* teste Battramio in append. p. 2.

**A**NAGALLIS arvensis. *Herba in Rabie canina & Epilepsia commendatur; sed insipida & inordora.*

**S**PIGELIA Anchelmia. *Decoctum sive pulvis primarium est Antbelminticum.* D. BROWN in Hist. Nat. Jam. Amœn. Acad. G. D. PRÆS Tom. 5 p. 113. tab. 2. L.O.

**LONICERA** *Symporicarpos.* *Adversus Febres Intermittentes tutum, certum & minime fallax medicamentum.* Clayton.  
**CEANOTHUS americanus.** *Decoctum in Siphylitide commendatur a Golden.*

**PLUMERIA alba.** *Decoctum radicis recentis ab Americanis adhibetur tamquam specificum in Siphylitide.* Jaquin.

**ERYNGIUM fœtidum.** *Fœtidissima herba; infusum contra Febres Ardentes & Hysteriam divina est medicina apud Surinamenses.* D. Dahlberg.

**CONIUM maculatum.** *Herba, Extractum, contra Scirrhos, Strumas aliquaque morbos a Medicis Wiennensibus laudatur.* Nonne **CICUTA** virosa, refracta dosi, melior? **CONIUM** enim odorem minus tetur spargit.

**HERACLEUM Sphondylium.** *Decoctum herbae a Scanis cum successu in Dysenteria propinatur; nos integrum Nationem tuto sequimur.* It. Scan. G. D. PRÆS. p. 266.

**BROMELIA Ananas.** *Cortex fructus exterior fertur sumnum emmenagogum, quamquam fructus fragrantissimus gratis simusque omnium & excorticatus in summis deliciis editur.*

**ACHRAS Sapota.** *unde semina Sappatillæ; a Zij ad Zij contra Colicam Nepriticam inserviunt.* van der Monde Diar. 198.

**COLCHICUM autumnale.** *Radix purgans drasticum, quod necat Vitulos.* vid Scopol. *Amuletum Pestis.* Wedelii Dissert. de COLCHICO veneno & alexipharmaco 1718, & Hasselii in Act. Norib. 1736. *Bulbi contusi & impositi tollunt Mariscas.* Oxymel COLCHICI contra Hydropem laudatur, teste D. D. Hiden p. m. Medico Norcop.

**PARIS quadrifolia.** *Baccæ pulverisatæ euporiston in Pleuritide; succus earum expressus in Ophtalmia tutus.* Friccius.

**LAURUS** Culilawan. *Cortex odore Caryophylli aromat, sapore mucilaginoso, jubastringente, a Belgis non ita pri dem e Philippinis introductus, contra langventem ventriculum post Colicam & Diarrhoeas roborandum.* **OLEUM carminativum, roborans, stomachicum & antiparalyticum.**

SOPHORA heptaphylla. *Specificum in Cholera, Pleuriti. de, Colica & Dysuria.* Rumph. Amb. 4. tab. 22.

CASSIA alata. *Folia contrita cum aliquot guttis Limonii est proficuum contra Herpetem, teste Rumph. Amb. & Brown Hist. Nat. Jamaic.*

SWITENIA Mahagoni, unde lignum Mahagoni, cuius usus est Mechanicus.

QUASSIA amara. *vide Amoenit. Acad. tom. 6. p. 421.*

PYROLA umbellata. *Decoctum interne in Ischiatico dolore.* D. D. Zetzel. Afl. R. Coll. Med.

PYROLA uniflora. *Folia masticata sive infusum impositum in Lipitudine & Ophthalmia exirpium est remedium apud Norrlandos & Norvegos.*

GYPSOPHILA Strutum. *Radix saponacea, qua veteres loco saponis in purgandis vestimentis utebantur, eodem scopo etiam hodie ab Hispanis adhibetur. Eam itaque præstantissimam judico contra generationem Calculi, quæ fit ex visciao; est enim procul dubio summum Medicamentum munificans.*

PHYTOLACCA decandra. *Succus radicis, præsertim tempore autumnali expressus, Carcinomati aperto instillatus, experientia Italorum & Anglicorum, usurpatur.*

LYTHRUM Salicaria. *Commendatur a de Hain in Diarrhœis antiquis & chronicis.*

ACONITUM Napellus. *Herba, Extractum & gr̄ß ad j. A. D. Störkio in Febrilis Intermittentibus, Ischiade, Rheumatismo & aliis morbis prescribitur; sed Extractum caute adbibendum, cum tota planta venenatissima sit, ut videmus in Act. Holm. Anno 1739 p. 41.*

CLEMATIS erecta. *Pulvis extus, infusum intus a Störkio contra Ulcera Cancroso e Siphylitide porrigitur.*

HELLEBORUS foetidus. *Pulvis foliorum contra Vermes D. Arch. BÆCK. Reg. Coll. Med. Præf.*

MENTHAM auriculariam HEDIO'TIDI auricularia G. D.

D PRÆSIDIS Mat. Med. p. 16. præfert contra Cophosin Hettmannus.

LEPIDIUM Iberis. *Infusum herbare cum cortice Cbinæ ante acceſſum Febrium Intermittentium apud Hispanos uſitatiſſum est Medicamentum; qui præterea ſuccum hujus expreſſum contra eadēm Febres eſſe ſpecificum condendunt.*

CARDAMINE partensis Flores ad  $3\frac{1}{2}$  a D. Backer in Ecclampsia laudatur.

CLEOME gigantea, Herba odore fætido CIMICIFUGAM ſuperat, ſapore ita acri, ut vix ſine vomitu maftricari poſſit; unde ad vires ejus heroicas concluſere licet.

MELALEUCA Leucadendron. Unde OLEUM Cajeput quod Hollandi nuperrime at Antispasmodicum & emmenagogum introduxerunt. In Odontalgia a dentibus cariosis, & externe in Haemorrhoidibus cæcis uſurpatur; jed præcipue laudatur in Morbis Paralyticis.

ARTEMISIA campeſtris Semina a Gallis ut eximia in Pleuritide, teste D. Bergſtral Aſl. R. Coll. M. adbibentur, contra Vermes ſeminibus Cinæ facile palmam præripiunt.

INULA dysenterica CONVLA vulgo dicta. Decoctum herbare ut ſpecificum contra Dysenteriam in expeditione Russorum contra Turcas; dudum a M. Hoffmanno proclamatum.

CENTAUREA Calcitrapa. Quid in Febribus Intermittentibus valeat, vide Segverum 2. p. 154. Lieutaud. p. 707. Agno Pascali Iudæi uſeabantur cum condimento, quod Hebraice merorim, Græce πηρις, in Bibliis Sveticis Bitter Salſo vocatur, Exod. 12. 8. Latine minus recte Cichorium vertitur, que herba amara non eſt. Hoc vero vulgo perperam LEPIDIUM latifolium fuſſe credebatur, usque dum D. Prof. Forskål ex Arabibus edocetus hanc CALCITRAPAM etiam-  
rum apud eos huic ſcopo in uſu eſſe.

LOBELIA ſiphylitica. Lactescens, acris, nauſeoſa, unde in majori doſi purgans ſive emetica eſt. Herba in forma infuſi  
teſte Rev. Th. D. KALMIO ab Americanis Septentrionali- bus

*bus in Siphylitide adhibetur. LOBELIA longiflora fortior; sed cum bac caute mercandum, quum folia haud multa equum occidunt.*

STILLINGIA sylvatica. Flores similiter Siphyliticis profundunt. D D. GARDENIUS. G. D. PRÆS. Mant. I. p. 126.

CECROPIA peltata. Gummi Elasticum, quantum a descriptione D. CONDAMINI in AÑ. Paris. 1751. concludere licet, ex succo hujus desumitur.

CIMICIFUGA foetida. Teterima planta, & primaria quæ Strumas repellit, quod vidi in Nosocomio. De cætero in nervinis morbis præstans; si autem ex odore tetro & sapore amaro conjectare licet, in Medicina olim magnas habenturam utilitates, nullus dubito.

LICHEN Roccella. Qualitas tinctoria rubra, ad vina adulteranda colore vini Gallici rubri.

#### §. II.

### INCOGNITA & DUBIA.

3. Semina GRANA PARADISI alii Anomi, alii Myrti species statuunt.

4. Radix COSTÆ dulc. & Arab. etiam minus certa.

6. Radix GALANGÆ Maj. & Min. non erit KÆMPFERIA. sed forte MARANTÆ Galangæ. Rumph.

26. Radix HERMODACTYLI. Magnus olim Botanicus Tournefort, qui plagas Orientales ipsem peragravit, hujus matrem esse IRIDEM tuberosam; sed Recentiores, ut Millerus & alii, volunt esse COLCHICUM illyricum, idem confirmante Forskåblio.

37. Radix GRAMINIS apud nos ubique desumitur a TRITICO repente: at in Italia ex PANICO dactylo teste Segverio.

42 Fructus ANACARDII ORIENTALIS. Dillenius credit a specie AVICENNÆ desumi: sed D. Jaquin hoc negat.

76. Radix JALAPPÆ. Acutissimus Botanicus Plumier, qui ter Americam adiit, statuit esse MIRABILEM odo-

ram:

ram: Recentiores vero, ut D. Sloane & Millerus CONVOL-  
VULUM Jalappam, vide G. D. PRÆSIDIS Mant. 1. p. 43.  
Immo D. Millerus, qui radices JALAPPÆ per Houstonem  
ex America reportavit & Pharmacopolis Londinensi-  
bus vendidit, habuit radices CONVOLVULI bujus, quæ o-  
mnibus numeris veræ Officinali respondebant.

152. Resina COPAL. an species SUCCINI? aut paratum  
ex alia Resina. A specie arboris RHOIS sumi credita, sed  
frustra.

247. Lignum RHODII nondum certum est, an desuma-  
tur e GENISTA canariensi.

204. Lignum BRASILIANUM RUBRUM an CÆSAL-  
PINA vesicaria?

463. Resina TACHAMAHACA D. Trevius negat esse PÖ-  
PULUM balsamiferam; Jaquinus afferit esse FAGARAM o-  
stantram.

504. Lignum EBENI desumitur ex UVARIA, quæ ar-  
bor nigra. Rumph. Amb. Vol. 3. p. 15. tab. 5.

505. Fructus MYROBALANI INDÆ ab ignoti generis  
arbore PANEL ortus creditur. Hort Malab. 2. tab. 9.

506. Fructus MYROBALINI BELLIRICÆ. varii sta-  
tuunt a TANI Hort Malab. 4. tab. 10. Alii ab IDOU-MUL-  
LI. Hort Malab. tab. 18.

507. Fructus MYROBALANI CHAEBULÆ. Leguntur ab  
AGIHALLID Ald. Ægypt. tab. 39.

508. Fructus MYROBALANI CITRINÆ. Pluck. Mant.  
132.

*Obs.* At D. Adanson dicit MYROBALANOS has qua-  
tuor ex eadem arbore PANEL Malabarorum, sed dispari  
anni tempore, desumptas esse, si fides Auctori perfido ad-  
hibenda.

506. Nux MOSCHATA. Flores feminæ semel a G. D.  
PRÆSIDE vici sunt, sed nunquam masculini; ergo generis  
character nondum potuit stabiliri.

514. *BALSAMUM PERUVIANUM.*  
 516. Resina *AMONIACI*, an *PASTINACIÆ species?*  
 517. Resina *CARANNAE*.  
 518. Resina *ELIMI*, an a *BURSERA?*  
 519. Gummi-resina *MYRRHÆ*.  
 520. Gummi-resina *BDELLII*. D. Hermannus in Lapid.  
 Lyd. 15. judicat puritate tantum a *MYRRHA* differre, &  
 addit *BDELLIUM* confici ex decocto fructuum quorundam in-  
 spissato. Alii vero a *PALMA BDELLIFERA*, in Arabia  
 felici nascente, deducunt.  
 521. Gummi-resina *SAGAPENI* an *FERULÆ species?*  
 524. Lignum *ASPHALTHI*.  
 525. Lignum *FERNAMBUCI*.  
 526. Fruktus *CUBEBÆ*. quod sit *PIPERIS species evi-*  
*dentissimum ex Itin. Meisteri. 118, ubi figuram dedit, sed*  
*speciem non descripsit.*  
 535. Cortex *SIMOROUBÆ* est forte *BURSERA?*  
 Faba *IGNATII* est *CUCURBITA Malabatri* foliis scan-  
 dens. Pluckn. Mant. 60.  
 Faba *PECURIM Medicamentum* in fluxo alvino usitatum,  
 sine dubio species *Lauri*.  
 Gummi *LACCÆ* colligitur circa ramulos siccos ab Insectis,  
 sed quibus? e *CROTO* Laccifero lactescente decerpunt bæc In-  
 secta succum & *LACCAM* suam inde conficiunt,  
 teste Hermanno.

